

etiam voluerunt in Polonia christiani, secundum ipsos christianin ad distinctionem ab aliis christianis, qui a baptismo Chrescianin dicuntur, appellare. Hodie in diversis locis diversas habent denominationes. Dicuntur etiam in Belgio collegiantes ob unitatem spiritualis quam intendunt unionis; appellati sunt a baptismo Anabaptistae, quod multi eorum sacri baptismatis ritu non infantes, sed adultos fidei capaces voluerunt initiari, eosque non aspergendo, perfundendo, sed secundum divinum mandatum primitivaeque ecclesiae praxim ad sepulturae typum exprimendum mergendo. Nuncupati sunt etiam Pingoviniani, Rakoviani a praecipuis commorationis suae locis, Samosatensiani a Paulo Samosateno, episcopo circa annum Christi 260 Antiocheno, Photiniani a Photino episcopo circa annum Christi 350 Sirmiensi, Sociniani a Laelio et Fausto (ex principis Italici familia oriundo) Socinis, quoniam iidem in defendendo unitatis in divinitate dogmate inter alios multum operae praestiterunt. Arianorum quoque titulo traducuntur, forte ut veteribus Arianorum ulciscendis iniuriis fiat praetextus. Unitarii tamen non magis possunt dici Ariani, quod in quibusdam conveniant cum Ario, quam omnes alii Christiani, qui habeant aliquid commune cum eodem; quin multi sunt Christiani, cum quibus in certis articulis non conveniunt Unitarii.

## 8.

## Miscelle.

Eine eigentümliche Parallele zu den drei Mauern Luthers, die die Romanisten um sich gezogen haben, findet sich bei Wiclif de ecclesia (ed. Loserth 357, 29 ff.) als „triplex velum quo mentes fidelium sunt cecate“ (Z. 23):

„Velum autem trimembre statuit [*curia*] [1] inprimis principium quod non licet christiano dictum vel factum eorum discernere, cum sint dii subterranei quibus donata est potestas clavium par cum Christo, qui possunt scripturam sacram statuere corrigere et mutare, et cum solum convincerentur ex scriptura sacra et factis propriis, patet quod non restat in eos medium accusandi. [2] Secunda pars veli consequenter adicit, quod subdi

illis tamquam capiti sancte matris ecclesie — quomodocunque vixerint — est cuilibet christiano de necessitate salutis et per consequens implere quidquid preceperint, cum non stat (ut in-quiunt) quod eorum aliquis sit dampnandus. [3] Tercia pars veli dyaboli est ficta plenitudo potestatis qua exterrent mundum cum pretensa legacione et excommunicatione sic quod, si quidquam decreverint in altera ecclesia faciendum, eo ipso oportet ut fiat.“

Breslau.

*Karl Müller.*